

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum LVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

ur Apostolus complexus, dicendo sive Princi-
 atus, sive potestates dicant qui possunt, si ta-
 en possunt probare quod dicunt, ego me ista
 gnorare confiteor, *Idem in Enchir. ad Laur.*
ap. 58.

Wenn nun der rothe Drach mein Leib und
 Seel bestreitet/
 Und sich bald hier bald dort zum Kampff und
 Streit bereitet /
 So weiche nicht von mir du starcker
 Davids-Held/
 Dein Engel schlag' um mich sein Fels-
 sen-festes-Zelt.

IN DIE SS. APOSTOLORUM SI-
 MONIS & JUDE.

Ex Joh. XV. 17.

*Dilige lesores: inimicum dilige fratrem,
 Id Christus mandat: poscit id alma fides.*

ORACULUM SACRUM LVI.

Matth. V. 44. 45.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἀγαπήτω ἕς ἐχθρὸς τῶν ἑαυτῶν, εὐλογεῖτω ἕς
 κατὰ

καθαρωμένους υμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσι
 υμᾶς, καὶ προσευχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπιθεσάμενων
 υμᾶς, καὶ διωκόντων υμᾶς. Ὅπως γένηται ὑμῖν
 τὸ πατεῖν ὑμῶν τὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Versio vulgata.

Diligite inimicos, benè precemini
 devotentibus vos: benefacite qui ode-
 runt vos, & orate pro lædentibus & per-
 sequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri,
 qui in cœlis est.

Versio B. LUTHERI.

Liebet eure Feinde/ segnet die euch
 fluchen/ thut wol denen die euch hassen/
 bittet vor die/ so euch beleidigen und
 verfolgen/ auff daß ihr Kinder seyd eu-
 res Vaters im Himmel.

N O T Æ.

1. Christus h. l. seriò præcipit dilectionem
 inimicorum. Utitur enim imperativo ἀγα-
 πᾶτε. E. diligere inimicos non est consiliu-
 sed mandatum contra malè natos Theologos
 Scholasticos.

2. Si

2. Si autem dilectio inimicorum est mandata & debita, utiq; non poterit esse meritoria, *contra Pontificios.*

3. Si inimici sunt diligendi, utiq; etiam sunt salutandi. Nam sermo est character animi. *contra modo nominatos Scholasticos existimantes neminem ad salutandum inimicum occurrentem cogi posse. His succenturiantur nonnulli JCi, qui contendentes cum altero in foro cum inimico suo loqui aut salutare eum prohibent.*

4. Si inimici sunt diligendi, utiq; etiam orandum pro iis. Hinc ipsemet Salvator h. l. ait: *προσευχασθε υπερ των εμπεραζοντων υμας ηδη διακονων υμας.* Si autem orandum pro inimicis, utiq; etiam orandum pro infidelibus & hæreticis. *Contra eosdem contendentes non esse orandum pro infidelibus hæreticis & hostibus, licet humanitatis officia ipsis denegari non debeant.* Unde & in Jure Canonico conclusum: *Si quis oret pro excommunicato & hæretico, & ipse talis censeatur. Si verò id fecerit Sacerdos deponatur.* Omnia scilicet juxta hoc Salvatoris oraculum: *Orate pro lædentibus & persequentibus vos.*

5. Si inimici sunt diligendi, utiq; vindicta privata non erit licita. *contra Ethnicos.* Sic enim Cicero in *Officiis* diserit: *posse bonum virum si laesissus sit injuriâ, laesenti nocere seseq; ulci-*

Ff 2

sci.

cisci. Et Aristoteles solidum hominem vocat, qui non vindicat injuriam.

6. Nec ulli in lege divina præceptum est: odio habeis inimicum, neq; Christus h. l. ait: Audivistis quod in lege dictum sit, sed simpliciter: audivistis quod dictum sit scil. à Pharisæis legis depravatoribus. *Contra Socinianos existimantes lege Mosaicâ non tantum licitum, sed etiam à Deo mandatum fuisse inimicum odio habere.* Vid. Ostorod. Instit. XXIII. Volckel. l. V. de Ver. Relig. c. XXIII. p. 208. Smalc. refut. 7. disp. Franz.

7. Et quamvis Christus h. l. proponat mandatum de dilectione inimicorum, inde tamen non sequitur ipsum in N. T. novas leges tulisse legemq; Mosaicam perfectiorem reddidisse. Nam hæc lex de dilectione inimicorum non est nova, siquidem etiam in V. T. proposita, uti videre est Deut. XXIII, 4. Conf. Levit. XIX, 17. Exod. XXIII, 4. Deut. XXII, 2. Prov. XXV, 21. (ubi Ostorodus frustra fingit non esse illud præceptum, sicut Rom. XII, 20. sed tantum exhortationem quendam) quando igitur Christus h. l. ait: Diligite inimicos, non novam legem tradit, sed veterem explicat, eamq; à corruptelis Pharisæicis vindicat, *contra eosdem.* Vid. Cateches. Racov. p. 168. *His sese adjungunt Pon-*

ificii & cum primis Arminiani, qui in Apol. f. 143.
ita scribunt. Quid est quod clarius disertiusq;
in Evangelio traditur quam Christum legislato-
rem nostrum esse. Annon ipse passim dicit:
Hoc est mandatum meum: mandatum novum do
vobis. Audistis dictum fuisse veteribus: Ego
verò dico vobis. An non ipse mandata sua sanc-
cit promissionibus premiorum, & penarum com-
minationibus? Et quid aliud queso est legistato-
rem esse?

8. Magistratus etiam si vindictam exercet,
suo tamen modo etiam diligit inimicos, quia
ad poenitentiam maleficos studet revocare &
ab æterna morte liberare. Dolet etiam reo-
rum vicem, quando suppliciiis eorum non de-
lectatur, sed sortem iis meliorem precatur.
Contra Anabaptistas & Socinianos, qui hoc sacro
oraculo abutuntur, & ex eo ita inferunt: Si Chri-
stiani inimicos suos debent diligere, utiq; Magi-
stratus non debet vindictam adversus eos exer-
cere, bella gerere, aut facinorosos capitali supplicio
adficere.

9. Verba, quæ fieri, esse vel agere signifi-
cant, quandoq; pro rei cognitione ponuntur.
Hujus regulæ exemplum habes in loco præ-
sente. Diligite inimicos vestros, ut sitis filii
Patris vestri. i. e. ut agnoscami & declaremini

Es 3

filii

filiū Dei. Charitas enim non facit Dei filios & Christi discipulos, sed ostendit Joh. XIII, 35. 1. Joh. III, 4. Sola fides nos DEi filios facit, dum Christo nos inserit Joh. I, 12. Gal. III, 27. *contra Pontificios.*

10. Christus idē inimicos diligere præcipit, ut simus filii patris cœlestis i. e. ut nos genuinos DEi filios demonstremus. E. qui inimicum non diligit, non est genuinus Patris cœlestis filius i. e. non demonstrat se esse genuinum DEi filium. *Contra Christianos* χ τ ϵ λ δ γ . Tantum de hoc. Nunc huc vocamus.

ORTHODOXÆ ANTIQVITATIS
SUFFRAGIUM.

Quod inimici sint diligendi.

Amicos diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum *Tertullianus ad Scapulam cap. 1.*

Dilige & fac quod vis, charitas causa est & mater omnium virtutum, quæ si desit, frustra habentur cætera: Si autem adsit habentur omnia *Idem de Laud. charit. T. 9. col. 1048.*

Diligere inimicos grandis est labor in hoc seculo, sed grande habet præmium in futuro, *August. in Serm. de Martyr.*

Virtus coram hominibus est tolerare inimicos

nicos; sed virtus coram DEo diligere, Gregorius in *Pastorali*.

ORACULUM SACRUM LVII.

Jac. II, 26.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ὅτι ὡς τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρὸν
ἔστι, ἕτως καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρὴ
ἔσται.

Versio Vulgata.

Sicut corpus sine spiritu mortuum
est: Ita & fides sine operibus mortua
est.

Versio B. LUTHERI.

Gleich wie der Leib ohne dem Geiſt
tod ist: also auch der Glaube ohne
Weck ist tod.

N O T A.

I. Jacobus non agit de justificationis coram DEo consequendæ ratione, sed de justificationis ac fidei justificantis declaratione, quæ coram hominibus fit in foro Ecclesiæ, non in foro judicii divini, eamq; solum docet veram esse fidem, quæ per opera demonstratur, non quam quis sola lingua jactat. Hanc fidem

Ff 4

Apolto